



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXIII

**MONVMENTVM ,**  
 MATRONAE  
 NOBILISSIMAE , OMNIBVSQVE VIRTVTI-  
 BVS ORNATISSIMAE ,  
**CHRISTIA-**  
**NAE ELISABETHAE ,**  
 NATALIBVS HOELTICHIAE ,  
 SVMME REVERENDI , MAGNIFICI ,  
 ET EXCELLETISSIMI ,  
**DOMINI**  
**IO. GEORGII**  
**NEVMANNI ,**

SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL. LONGE CELE-  
 BERRIMI , EIVSDEMQUE ORD. H. T. DECANI MVL-  
 TO SPECTATISSIMI , REGIOR. ATQVE ELECTORAL. ALVMNOR. EPHORI  
 GRAVISSIMI , VT ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARII  
 LONGE MERITISSIMI ,

**PATRONI SVI MAXIME**  
 VENERANDI ,  
 CONIVGI DESIDERATISSIMAE ,  
 FERIA II NATIVIT. CHRISTI , EADEMQUE DIE SEPVLTVRAE ,  
ANNO cl. lxxi  
POSVERNT  
**REGII ATQVE ELECTORALES**  
 ALVMNI

---

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI .  
 TYPIS MARTINI SCHULZII , ACAD. TYPOGR.



Os , Phaethontiades , Iuctus circundedit  
alni  
Cortice , quod frater fulmine taetus erat.  
Caesariem genitor rutilam ferrugine texit,  
Atque diu facies squalida lucis erat.  
Phoebeis caderet cum stirps septena sagit-  
tis,

Tantalida in laxum fecit abire dolor.  
Mors etiam fuscis amplexa Amphiona pennis  
Insignem ad tacitae littora vexit aquae.  
Sternere qui turmas solus , densasque phalangas,  
Evaluit, luctu sternitur ipse suo.  
Quippe Menoetiadae fatum sic robur Achillis  
Perculit, ut laevo tunderet ore solum.  
Flectere qui cantu tigres , rabidosque leones ,  
Non potuit luctum flectere corde suum:  
Pallidus ast gelidas fedit prope Strymonis undas  
Orpheus Calliopes , voce , petensque lyra.  
Fortia quippe simul , simul et sapientia luctus  
Pectora saepe atrox exuperare solet.  
Nec fortem semper firmans prudentia mentem  
Sufficit, ut luctum pellere corde queat.  
Heu! quoque nunc similis Tempe quatit Albica moeror,  
Leucoridumque sonat vox lacrymosa iugo:  
Postquam Divinus NEVMANNVS plangere coepit  
CONIVGIS, ut coepit funera fieri suæ.  
**CONIVX**, heu ! nimium diurno exercita morbo  
Hanc vitam amisit, cuspidi laesa necis.  
Nondum spargebant cygneæ tempora plumæ,  
Morsque nimis celeri venit acerba gradu.  
Coniugio felix tanto sociata Marito  
Tanto , infelici funeremersa iacet.  
Si tamen infelix , positis quae corporis huius  
Exuvii laetans tecta Tonantis adit :

Quæ

Quae luctu plena animo fugit alite terras,  
Plenaque laetiis templa domosque petit :  
Interea placide condit tua membra sepulchro ,  
Membra sibi quondam restituenda, memor.  
Vere imo felix talis ; nisi forte caduci  
Angores mundi corde tulisse iuuat.  
Ast vero infelix ille est, qui gaudia perdit,  
Quae nunquam in mundo sunt reparanda sibi.  
Ille miser, rapitur cui pars dulcisima cordis,  
Dimidiumque suisicca recondit humus.  
Heu! DECVS ALBIACVM, hos saevos, NEVMAN-

NE, dolores

Admorunt animo tristia fata Tuo.  
Tristia fata Tuo non confortabile vulnus  
Cordi infixerunt, peccatoribusque Tuis.  
Et nisi coelestis firmet sapientia mentem ,  
Pars parten cordis Tu sequere Tuam.  
Et, ne nunc etiam nimis abripiare dolore,  
Tritonis metuit, Pegasidumque cohors.  
Namque ipsae capiunt tantum vix corde dolorem ,  
Infictum sibi quem quaelibet esse putat.  
Lugubri resonant per summa cacumina cantu ,  
Aoniasque replent voce gemente domos.  
Purpuream ponit chlamydem Thymbraeus Apollo ,  
Et sua pullato tegmine membra tegit.  
Carmina moesta canit, laurusque ediscere moestum ,  
Quem moesto , cantum, fundit ab ore , jubet.  
Maximus, heu! memorat, casu concussus acerbo ,  
NEVMANNVS luget, fletque, rigatque genas.  
Nam, quam dilexit multum, fors funere mersit,  
Participem cordis, participemque tori ,  
Pierides lugete Virifata aspera tanti,  
Lugete, o colles, vosque fluenta simul.

Lugete

Lugete, o valles Heliconis, quamque patentes  
Accipiunt valles, o studiola cohors.  
Vosque o vestro Ephoro, vos condoleatis, Alumni,  
Vos, quorum Musas, Aulspice Rego, regit.  
**O** benefacta pio, memorique revolvite corde,  
Lacryma non deerit, sallaque gutta genis.  
Nec minus, infelix si triste poposcerit hora  
Officium, pulchrum est esse dolore pium:  
Quam si quis laeto testatur gaudia laetus  
Patrono, felix cum fluit hora, cliens.  
Phoebe, decus Pindi, dudum per viscera regnat,  
Dudum contorquet pectora nostra dolor;  
Et benefactorum cunulum reminiscimur omnes,  
Quae nostro pietas digna dolore docet.  
**A**tque utinam calamus pariter foecundus adest!  
Foecunda ac tristi corda dolore gemunt!  
Nos non Odrysius lacrymosis vinceret Orpheus,  
Carminibus, quamvis flexerit ille feras.  
Nunc pauca afferimus, VIRque o Tibi Maxime lu-  
etum  
Hac nostrum Musa significare iuuat.  
Vota simulque damus: penset DEVS aspera faustis,  
Et medica relevet vulnera facta manu.  
**A**t tumulo placide pia CONIVGIS ossa quiescant  
Fausto, qui tantae CONIVGIS ossa capit!



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



**MONVMENTVM,**  
 MATRONAE  
 NOBILISSIMAE, OMNIBVSQVE VIRTVTI.  
 BVS ORNATISSIMAE,  
**CHRISTIA-**  
**NAE ELISABETHAE,**  
 NATALIBVS HOELTICHIAE,  
 VIRI  
 SVMME REVERENDI, MAGNIFICI,  
 ET EXCELLETISSIMI,  
**DOMINI**  
**IO. GEORGII**  
**NEVMANNI,**

SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL. LONGE CELE.  
 BERRIMI, EIVSDEMQVE ORD. H.T. DECANI MVL.  
 TO SPECTATISSIMI, REGIOR. ATQVE ELECTORAL. ALVMNOR. EPHORI  
 GRAVISSIMI, VT ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARII  
 LONGE MERITISSIMI,

**PATRONI SVI MAXIME**  
 VENERANDI,  
**CONIVGI DESIDERATISSIMAE,**  
 FERIA II NATIVIT. CHRISTI, EADEM QVE DIE SEPVLTVRAE,  
 ANNO 1513  
 POSVERANT

**DECILATO VVE ELECTORALES**

